Non erat Othonis mollis & corpori similis animus. Et intimi libertorum fervorumque corruptiis, quàm in privatâ domo habiti, aulam Neronis, & luxus, adulteria, matrimonia ceterasque regnorum libidines, avido talium, si auderet, ut sua ostentantes; quiescenti ut aliena exprobrabant: urgentibus etiam mathematicis, dum novos motus, & clarum Othoni annum observatione fiderum affirmant, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostrâ & vetabitur semper, & retinebitur. Multos secreta Poppææ mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant: è quibus Ptolomæus Othoni in Hispaniâ comes, cum super-

conviennent les grands efforts , & c'est une erreur de temporiser quand les délais font plus dangereux que l'audace. Tous les hommes meurent également , c'est la loi de la nature ; mais la postérité les distingue par la gloire ou l'oubli. Que si le même sort attend l'innocent & le coupable , il est plus digne d'un homme de courage de ne pas périr sans sujet.

Othon avoit le cœur moins efféminé que le corps. Ses plus familiers esclaves & affranchis , accoutumés à une vie trop licencieuse pour une maison privée , en rappelant la magnificence du Palais de Néron , les adulteres , les fêtes nuptiales , & toutes les débauches des Princes , à un homme ardent après tout cela , le lui montroient en proie à d'autres par son indolence , & à lui s'il osoit s'en emparer. Les Astrologues l'animoient encore en publiant que d'extraordinaires mouvemens dans les Cieux lui annonçoient une année glorieuse. Genre d'hommes fait pour leurrer les Grands , abuser les simples , qu'on chassera sans cesse de notre ville , & qui s'y maintiendra toujours.

futurum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, conjecturâ jam & rumore, senium Galbæ, & juventam Othonis computantium, persuaserat fore, ut imperium ascisceretur. Sed Otho tamquam peritiâ, & monitu fatorum prædicta accipiebat, cupidine ingenii humani libentiùs obscura credi. Nec deerat Ptolemaeus, jam & sceleris instigator, ad quod facillimè ab ejusmodi voto transitur.

Sed celeris cogitatio incertum an repens, studia militum jam pridem spe successione, aut paratu facinoris affectaverat. In itinere, in agmine, in stationibus, vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac memoriâ Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoscere, quosdam requirere, & pecuniâ aut gratiâ juvare : inferendo sæpiùs que-

Poppée en avoit secrètement employé plusieurs qui furent l'instrument funeste de son mariage avec l'Empereur. Ptolomé, un d'entre eux, qui avoit accompagné Othon, lui avoit promis qu'il survivroit à Néron, & l'événement joint à la vieilleffe de Galba, à la jeunesse d'Othon, aux conjectures & aux bruits publics, lui fit ajouter qu'il parviendroit à l'Empire. Othon, suivant le penchant qu'a l'esprit humain de s'affectionner aux opinions par leur obscurité même, prenoit tout cela pour de la science & pour des avis du destin, & Ptolomé ne manqua pas, selon la coutume, d'être l'instigateur du crime dont il avoit été le Prophète.

Soit qu'Othon eût ou non formé ce projet, il est certain qu'il cultivoit depuis long-tems les gens de guerre, comme espérant succéder à l'Empire ou l'usurper. En route, en bataille, au camp, nommant les vieux soldats par leur nom, &, comme ayant servi avec eux sous Néron, les appellant *Camarades*, il reconnoissoit les uns, s'informoit des autres,

relas , & ambiguos de Galbâ sermones quæque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum , inopia com meatuum , duritia imperii , atrocitùs accipiebantur : cùm Campaniæ lacus & Achaiaë urbes classibus adire soliti, Pyrenæum & Alpes , & immensa viarum spatia , ægrè sub armis eniterentur.

Flagrantibus jam militum animis , velut faces addiderat Mevius Pudens , è proximis Tigellini ; is mobilissimum quemque ingenio , aut pecuniæ indigum , & in novas cupiditates præcipitem alliciendo , eò paulatim progressus est , ut per speciem convivii , quoties Galba apud Othonem epularetur , cohorti excubias agenti , viritum centenos nummos divideret ; quam velut publicam largitionem , Otho , secretioribus apud singulos præmiis , intendebat ; adeò animosus corruptor , ut Cocceio Proculo speculatori de

& les aidoit tous de sa bourse ou de son crédit. Il entremêloit tout cela de fréquentes plaintes , de discours équivoques sur Galba , & de ce qu'il y a de plus propre à émouvoir le peuple. Les fatigues des marches , la rareté des vivres , la dureté du commandement , il envenimoit tout , comparant les anciennes & agréables navigations de la Campanie & des Villes Grecques avec les longs & rudes trajets des Pyrénées & des Alpes , où l'on pouvoit à peine soutenir le poids de ses armées.

Pudens , un des confidens de Tigellinus , séduisant diversement les plus remuans , les plus obérés , les plus crédules , achevoit d'allumer les esprits déjà échauffés des soldats. Il en vint au point que chaque fois que Galba mangeoit chez Othon , l'on distribuoit cent sesterces par tête à la cohorte qui étoit de garde , comme pour sa part du festin ; distribution que , sous l'air d'une largesse publique , Othon soutenoit encore par d'autres dons particuliers. Il étoit même si ardent à les corrompre , & la stupidité

parte finium cum vicino ambigenti, univ^{er}sum vicini agrum suâ pecuniâ emptum dono dederit : per focordiam præfecti, quem nota pariter & occulta fallebant.

Sed tum è libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, à quo Barbium Proculum Tesserarium speculatorum, & Veturium Optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos, audacesque cognovit, pretio & promissis onerat, datâ pecuniâ ad pertentandos plurium animos. Suscepere duo manipulares imperium Populi Romani transferendum, & transfulerunt. In conscientiam facinoris pauci asciti, suspensos ceterorum animos, diversis artibus stimulant; primores militum, per beneficia Nymphidii ut suspectos : vulgus & ceteros, ira & desperatione dilati toties donativi; erant quos memoria Neronis, ac desiderium prioris licentiæ accenderet; in commune omnes metu mutandæ militiæ exterrebantur.

du Préfet qu'on trompoit jusques sous ses yeux , fut si grande , que sur une dispute de Proculus lancier de la garde avec un voisin pour quelque borne commune , Othon acheta tout le champ du voisin & le donna à Proculus.

Ensuite il choisit pour chef de l'entreprise qu'il méditoit Onomastus un de ses affranchis , qui , lui ayant amené Barbius & Veturius , tous deux bas officiers des gardes , après les avoir trouvés à l'examen rusés & courageux , il les chargea de dons , de promesses , d'argent pour en gagner d'autres , & l'on vit ainsi deux manipulateurs entreprendre & venir à bout de disposer de l'Empire Romain. Ils mirent peu de gens dans le secret , & tenant les autres en suspens , ils les excitoient par divers moyens ; les chefs comme suspects par les bienfaits de Nymphidius , les soldats par le dépit de se voir frustrés du donatif si long-tems attendu : rappelant à quelques-uns le souvenir de Néron , ils rallumoient en eux le désir de l'ancienne licence : enfin ils les effrayoient tous par la peur d'un changement dans la milice.

Infecit ea tabes legionum quoque & auxiliorum motas jam mentes, postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem. Adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, ut postero Iduum die, redeuntem à coenâ Othonem rapturi fuerint, nisi incerta noctis, & totâ urbe sparsa militum castra, nec facilem inter temulentos consensum timuissent: non Reipublicæ curâ, quam fœdare principis sui sanguine sobrii parabant, sed ne per tenebras, ut quisque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque pro Othone destinaretur. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa; quædam apud Galbæ aures præfectus Laco elusit, ignarus militarium animorum, consiliique quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, & adversus peritios pervicax.

Si-tot qu'on fut la défection de l'armée d'Allemagne , le venin gagna les esprits déjà émus des Légions & des Auxiliaires. Bientôt les mal-intentionnés se trouverent si disposés à la sédition , & les bons si tiedes à la réprimer , que le quatorze de Janvier , Othon revenant de souper eût été enlevé , si l'on n'eût craint les erreurs de la nuit , les troupes cantonnées par toute la ville , & le peu d'accord qui regne dans la chaleur du vin. Ce ne fut pas l'intérêt de l'Etat qui retint ceux qui méditoient à jeûn de fouiller leurs mains dans le sang de leur Prince , mais le danger qu'un autre ne fût pris dans l'obscurité pour Othon par les soldats des armées de Hongrie & d'Allemagne qui ne le connoissoient pas. Les conjurés étoufferent plusieurs indices de la sédition naissante ; & ce qu'il en parvint aux oreilles de Galba , fut éludé par Lacon , homme incapable de lire dans l'esprit des soldats , ennemi de tout bon conseil qu'il n'avoit pas donné , & toujours résistant à l'avis des Sages.

XVIII. Kalend. Febr. sacrificanti pro ædē Appollinis Galbæ , haruspex Umbricius tristia exta , & instantes infidias , ac domesticum hostem prædicit : audiente Othone (nam proximus affiterat) idque ut lætum è contrario , & suis cogitationibus prosperum interpretante. Nec multo post libertus Onomastus nuntiat , expectari eum ab architecto & redemptoribus ; quæ significatio coeuntium jam militum , & paratæ conjurationis convenerat. Otho , causam digressus requirentibus ; cùm enim sibi prædia vetustate suspecta , eoque prius exploranda finxisset , innixus liberto , per Tiberianam domum in Velabrum , inde ad Miliarum aureum , sub ædem Saturni pergit. Ibi tres & viginti speculatores consalutatam imperatorem , ac paucitate salutantium trepidum , & fellæ festinanter impositum , strictis mucronibus rapiunt. Totidem fermè milites in itinere aggregantur , alii conscientiam , plerique miraculo : pars clamore & gladiis , pars silentio , animum ex eventu sumpturi.

Le quinze de Janvier , comme Galba sacrifioit au Temple d'Apollon ; l'Arufpice Umbricius , fur le triste aspect des entrailles , lui dénonça d'actuelles embûches & un ennemi domestique , tandis qu'Othon , qui étoit présent , se réjouiffoit de ces mauvais augures & les interprétoit favorablement pour fes desseins. Un moment après , Onomastus vint lui dire que l'Architecte & les Experts l'attendoient ; mot convenü pour lui annoncer l'assemblée des soldats & les apprêts de la conjuration. Othon fit croire à ceux qui demandoient où il alloit ; que , prêt d'acheter une vieille maison de campagne , il vouloit auparavant la faire examiner ; puis , fuyant l'affranchi à travers le Palais de Tibere au Vélabre , & de-là vers la colonne dorée sous le Temple de Saturne , il fut salué Empereur par vingt-trois soldats , qui le placerent auffi-tôt sur une chaire curule tout consterné de leur petit nombre , & l'environnerent l'épée à la main. Chemin faifant , ils furent joints par un nombre à-peu-près égal de leurs camarades. Les uns instruits du complot , l'accompagnoient à grands

Stationem in castris agebat Julius Martialis tribunus. Is magnitudine subiti sceleris, ac corrupta latius castra, ac si contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientiae. Anteposuerunt ceteri quoque tribuni centurionesque præsentia dubiis & honestis. Isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

Ignarus interim Galba & sacris intentus, fatigabat alieni jam imperii deos: cum affertur rumor rapi in castra, incertum quem senatorem, mox Othonem esse qui raperetur. Simul ex totâ urbe, ut quisque obuius fuerat, alii formidinem augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur consultantibus placuit pertentari animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat, nec

bris avec leurs armes , d'autres frappés du spectacle se dispofoient en filence à prendre confeil de l'événement.

Le Tribun Martialis qui étoit de garde au camp , effrayé d'une fi prompte & fi grande entreprife , ou craignant que la fédition n'eût gagné fes foldats & qu'il ne fût tué en s'y oppofant , fut foupçonné par plufieurs d'en être complice. Tous les autres Tribuns & Centurions préférèrent auffi le parti le plus sûr au plus honnête. Enfin , tel fut l'état des efprits , qu'un petit nombre ayant entrepris un forfait déteftable , plufieurs l'approuverent & tous le fouffrirent.

Cependant Galba , tranquillement occupé de fon facrifice , importunoit les Dieux pour un Empire qui n'étoit plus à lui , quand tout à coup un bruit s'éleva que les troupes enlevoient un Sénateur qu'on ne nommoit pas , mais qu'on fut enfuite être Othon. Auffi-tôt on vit accourir des gens de tous les quartiers , & à mefure qu'on les rencontroit , plufieurs augmentoient le mal & d'autres l'exté-

per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas majoribus remediis servabatur: Piso pro gradibus domus vocatus, in hunc modum allocutus est. *Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & sive optandum hoc nomen sive timendum erat, Cæsar ascitus sum: quo domus nostræ aut Reipublicæ fato, in vestrâ manu positum est; non quia, meo nomine, tristio rem casum paveam, ut qui adversa expertus cum maximè, ducam ne secunda quidem minus discriminis habere: patris & senatus & ipsius imperii vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est; aut, quod æquè apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam urbem & res sine discordiâ translatas. Provisum adoptione videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset.*

nuoient , ne pouvant en cet instant même renoncer à la flatterie. On tint conseil , & il fut résolu que Pison sonderoit la disposition de la cohorte qui étoit de garde au Palais , réservant l'autorité encore entiere de Galba pour de plus pressans besoins. Ayant donc assemblé les soldats devant les degrés du Palais , Pison leur parla ainsi : » Compagnons , il y a » six jours que je fus nommé César sans » prévoir l'avenir & sans savoir si ce » choix me seroit utile ou funeste. C'est » à vous d'en fixer le sort pour la Répu- » blique & pour nous ; ce n'est pas que » je craigne pour moi-même , trop inf- » truit par mes malheurs à ne point » compter sur la prospérité. Mais je plains » mon Pere , le Sénat & l'Empire , en » nous voyant réduits à recevoir la mort » ou à la donner ; extrémité non moins » cruelle pour des gens de bien , tandis » qu'après les derniers mouvemens on se » félicitoit que Rome eût été exempte » de violence & de meurtres , & qu'on » espéroit avoir pourvu par l'adoption » à prévenir toute cause de guerre après » la mort de Galba.

Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ ; neque enim relatu virtutum , in comparatione Othonis , opus est. Vitia , quibus solis gloriatur ; evertere imperium , etiam cum amicum imperatoris ageret. Habitune & incessu ; an illo muliebri ornatu , mereretur imperium ? Falluntur , quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet , donare nesciet. Stupra nunc , & comessationes , & seminarum cætus , voluit animo ; hæc principatus præmia putat , quorum libido ac voluptas , penes ipsum sit ; rubor ac dedecus , penes omnes. Nemo enim unquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani ; me Galba , consentientibus vobis , Cæsarem dixit. Si Respublica , & senatus , & populus , vana nomina sunt : vestrâ , commilitones , interest ; ne imperatorem pessimi faciant.

» Je ne vous parlerai ni de mon nom
 » ni de mes mœurs ; on a peu besoin de
 » vertu pour se comparer à Othon. Ses
 » vices, dont il fait toute sa gloire,
 » ont ruiné l'Etat quand il étoit ami du
 » Prince. Est-ce par son air, par sa dé-
 » marche, par sa parure efféminée qu'il
 » se croit digne de l'Empire ? On se
 » trompe beaucoup, si l'on prend son
 » luxe pour de la libéralité. Plus il faudra
 » perdre, & moins il faudra donner. Dé-
 » bauches, festins, attroupemens de fem-
 » mes, voilà les projets qu'il médite, &
 » selon lui, les droits de l'Empire, dont la
 » volupté fera pour lui seul, la honte &
 » le déshonneur pour tous ; car jamais
 » souverain pouvoir acquis par le crime
 » ne fut vertueusement exercé. Galba fut
 » nommé César par le genre-humain, &
 » je l'ai été par Galba de votre consen-
 » tement : Compagnons, j'ignore s'il vous
 » est indifférent que la République, le
 » Sénat & le Peuple ne soient que de
 » vains noms, mais je fais au moins qu'il
 » vous importe que des scélérats ne vous
 » donnent pas un Chef.

*Legionum seditio adversum duces suos au-
 dita est aliquando : vestra fides fama-
 que illæsa ad hunc diem mansit ; & Nero quo-
 que vos destituit , non vos Neronem. Minus
 XXX. transfugæ & desertores , quos centu-
 rionem aut tribunum sibi eligentes nemo
 ferret imperium assignabunt ? Admittitis exem-
 plum ? & quiescendo commune crimen faci-
 tis ! Transcendet hæc licentia in provin-
 cias ? & ad nos scelerum exitus , bellorum
 ad vos pertinebunt. Nec est plus quod pro
 cæde principis , quàm quod innocentibus da-
 tur ; sed proinde à nobis donativum ob fidem ,
 quàm ab aliis pro facinore accipietis.*

[Dilapsis speculatoribus , cetera cohors
 non aspernata concionantem , ut turbidis
 rebus evenit , forte magis , & nonnullo
 adhuc consilio , parat signa , quod postea

» On a vu quelquefois des Légions
 » se révolter contre leurs Tribuns. Jus-
 » qu'ici votre gloire & votre fidélité
 » n'ont reçu nulle atteinte, & Néron lui-
 » même vous abandonna plutôt qu'il ne
 » fut abandonné de vous. Quoi ! verrons-
 » nous une trentaine au plus de désér-
 » teurs & de transfuges à qui l'on ne per-
 » mettroit pas de se choisir seulement un
 » Officier faire un Empereur ? Si vous
 » souffrez un tel exemple, si vous par-
 » tagez le crime en le laissant commettre,
 » cette licence passera dans les provinces ;
 » nous périrons par les meurtres & vous
 » par les combats, sans que la solde en
 » soit plus grande pour avoir égorgé son
 » Prince, que pour avoir fait son de-
 » voir : mais le donatif n'en vaudra pas
 » moins reçu de nous pour le prix de la
 » fidélité, que d'un autre pour le prix
 » de la trahison ».

Les Lanciers de la garde ayant dispa-
 ru, le reste de la cohorte, sans paroître
 mépriser le discours de Pison se mit en
 devoir de préparer ses Enseignes plutôt

creditum est, insidiis & simulatione. Missus & Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsanii in porticu tendentes. Præceptum Amulio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites è Libertatis atrio accerferent. Legioni classicæ diffidebat infestæ ob cædem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. Pergunt etiam in castra prætorianorum tribuni Cerius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc & nondum adultâ feditio melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium & Cerium milites adortiminis, Longinum manibus coercent, exarmanisque: quia non ordine militiæ, sed è Galbæ amicis, fidus principi suo, & deficientibus suspectior erat. Legio classica nihil cunctata prætorianis adjungitur. Illyrici exercitus electi, Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus, & placatis animis, quòd eos à Nerone Alexandriam præmissos, atque inde rursus longâ navigatione ægros, impensiore curâ Galba refovebat. Universa jam plebs palatium implebat, mixtis servitiis, & dissono cla-

par hazard , & , comme il arrive en ces momens de trouble , fans trop favoir ce qu'on faisoit , que par une feinte infidieuse comme on l'a cru dans la fuite. Celsus fut envoy   au d  tachement de l'arm  e d'Illyrie vers le Portique de Vipfanius. On ordonna aux Primipilaires Serenus & Sabinus d'amener les foldats Germains du Temple de la libert  . On se d  fioit de la L  gion marine , aigrie par le meurtre de ses foldats que Galba   voit fait tuer    son arriv  e. Les Tribuns Cerialius , Subrinus & Longinus , allèrent au Camp Pr  torien pour t  cher d'  touffer la s  dition naiffante , avant qu'elle e  t   clat  . Les foldats menacerent les deux premiers ; mais Longin fut maltrait   & d  farm   , parce qu'il n'avoit pas pass   par les grades militaires & qu'  tant dans la confiance de Galba , il en   toit plus fufpect aux rebelles. La L  gion de mer ne balan  a pas    se joindre aux Pr  toriens. Ceux du d  tachement d'Illyrie pr  fentant    Celsus la pointe des armes , ne voulurent point l'  couter. Mais les troupes d'Allemagne h  siterent long-tems , n'ayant pas encore re  ouvr   leurs forces

76 TRADUCTION DU IER.

more, cædem Othonis & conjuratorum
 exilium poscentium, ut si in circo ac
 theatro ludicrum aliquod postularent. Ne-
 que illis iudicium aut veritas : quippe
 eodem die diversa pari certamine postula-
 turis : sed tradito more, quemcumque
 principem adulandi, licentiâ acclamatio-
 num, & studiis inanibus.

Interim Galbam duæ sententiæ distine-
 bant. Titus Vinius *manendum intra domum,*
opponenda servitia, firmandos aditus, non
eundem ad iratos censebat : daret malorum
penitentia, daret bonorum consensui spa-
tium ; scelera impetu, bona consilia morâ
valescere. Denique eundi ultrò si ratio sit,
eandem mox facultatem : regressus, si peni-
teat, in alienâ potestate.

& ayant perdu toute mauvaise volonté ; depuis que revenues malades de la longue navigation d'Alexandrie , où Néron les avoit envoyées , Galba n'épargnoit ni soin , ni dépense pour les rétablir. La foule du Peuple & des Esclaves qui durant ce tems remplissoient le Palais , demandoit à cris perçans la mort d'Othon & l'exil des conjurés , comme ils auroient demandé quelque scene dans les jeux publics ; non que le jugement ou le zele excitât des clameurs , qui changerent d'objet dès le même jour , mais par l'usage établi d'enivrer chaque Prince d'acclamations effrénées & de vaines flatteries.

Cependant Galba flottoit entre deux avis : celui de Vinius étoit qu'il falloit armer les Esclaves , rester dans le Palais , & en barricader les avenues ; qu'au lieu de s'offrir à des gens échauffés , on devoit laisser le tems aux révoltés de se repentir & aux fideles de se rassurer ; que si la promptitude convient aux forfaits , le tems favorise les bons desseins , qu'enfin l'on auroit toujours la même liberté d'aller s'il étoit nécessaire , mais qu'on

Festinandum ceteris videbatur , antequam cresceret invalida adhuc conjuratio paucorum. *Trepidaturum etiam Othonem , qui furtim digressus , ad ignaros illatus , cunctatione nunc & segnitia terentium tempus , imitari Principem discat. Non expectandum , ut compositis castris , forum invadat , & prospectante Galbâ Capitolium adeat : dum egregius imperator , cum fortibus amicis , januâ , ac limine tenus domum cludit , obsidionem nimirum toleraturus. Et præclarum in servis auxilium , si consensus tantæ multitudinis , & quæ plurimum valet , prima indignatio languescat. Proinde intuta , quæ indecora : vel si cadere necesse sit , occurrendum discrimini. Id Othoni invidiosus , & ipsis honestum. Repugnantem huic sententiæ Vinium , Laco minaciter invasit , stimulante Icelo , privati odii pertinaciâ , in publicum exitium.*

n'étoit pas sûr d'avoir celle du retour au besoin.

Les autres jugeoient qu'en se hâtant de prévenir le progrès d'une sédition foible encore & peu nombreuse , on épouvanteroit Othon même , qui , s'étant livré furtivement à des inconnus profiteroit , pour apprendre à représenter , de tout le tems qu'on perdrait dans une lâche indolence. Falloit-il attendre qu'ayant pacifié le camp il vînt s'emparer de la place & monter au Capitole aux yeux même de Galba , tandis qu'un si grand capitaine & ses braves amis renfermés dans les portes & le seuil du Palais , l'inviteroient pour ainsi dire , à les assiéger ? Quel secours pouvoit-on se promettre des esclaves , si on laissoit refroidir la faveur de la multitude & sa premiere indignation , plus puissante que tout le reste ? D'ailleurs , disoient-ils , le parti le moins honnête est aussi le moins sûr , & dût-on succomber au péril , il vaut encore mieux l'aller chercher , Othon en fera plus odieux & nous en aurons plus d'honneur. Vinius résistant à cet avis fut me-

Nec diutiùs Galba cunctatus speciosiora
 suadentibus accessit. Præmissus tamen in
 castra Pifo , ut juvenis magno nomine ,
 recenti favore , & infensus T. Vinio , seu
 quia erat , seu quia irati ita volebant. Et
 faciliùs de odio creditur. Vix dum egresso
 Pifone , occisum in castris Othonem ,
 vagus primùm & incertus rumor , mox
 ut in magnis mendaciis , interfuisse se qui-
 dam , & vidisse affirmabant ; credula fama ,
 inter gaudentes , & incuriosos. Multi arbi-
 trabantur compositum auctumque rumo-
 rem , mixtis jam Othonianis , qui ad evo-
 candum Galbam , læta falso vulgaverint.

Tum verò non populus tantùm & im-
 perita plebs in plausus & immodica stu-
 dia , sed equitum plerique ac senatorum ,
 nacé

incité par Lacon à l'instigation d'Icelus , toujours prêt à servir sa haine particulière aux dépens de l'Etat.

Galba sans hésiter plus long-tems choisit le parti le plus spécieux. On envoya Pison le premier au camp , appuyé du crédit que devoient lui donner sa naissance , le rang auquel il venoit de monter & sa colere contre Vinius , véritable ou supposée telle par ceux dont Vinius étoit haï & que leur haine rendoit crédules. A peine Pison fut parti ; qu'il s'éleva un bruit , d'abord vague & incertain , qu'Othon avoit été tué dans le camp. Puis , comme il arrive aux mensonges importans , il se trouva bientôt des témoins oculaires du fait , qui persuaderent aisément tous ceux qui s'en réjouissoient ou qui s'en soucioient peu. Mais plusieurs crurent que ce bruit étoit répandu & fomenté par les amis d'Othon , pour attirer Galba par le leurre d'une bonne nouvelle.

Ce fut alors que les applaudissemens & l'empressement outré gagnant plus haut qu'une Populace imprudente , la plupart

82 TRADUCTION DU 1^{er}.

posito metu incauti , refractis palatii foribus ruere intus , ac se Galbæ ostentare ; præreptam sibi ultionem querentes. Ignavissimus quisque , (& ut res docuit) in periculo non ausurus , nimii verbis , linguæ feroces : nemo scire , & omnes affirmare ; donec inopiâ veri , & consensu errantium victus , sumpto thorace Galba , irruenti turbæ neque ætatæ neque corpore sistens , se! â levaretur. Obvius in palatio Julius Atticus speculator , cruentum gladium ostentans , occisum à se Othonem exclamavit : & Galba , *Commilito* , inquit , *quis jussit ?* insigni animo ad coërcendam militarem licentiam , minantibus intrepidus , adversus blandientes incorruptus.

Haud dubiæ jam in castris omnium mentes , tantusque ardor , ut non contenti agmine & corporibus , in suggestu , in

Des Chevaliers & des Sénateurs , rassurés & sans précaution forcerent les portes du Palais & courant au devant de Galba , se plaignoient que l'honneur de le venger leur eût été ravi. Les plus lâches & comme l'effet le prouva , les moins capables d'affronter le danger , téméraires en paroles & braves de la langue , affirmoient tellement ce qu'ils favoient le moins que , faute d'avis certains , & vaincu par ces clameurs Galba prit une cuirasse , & n'étant ni d'âge , ni de force à soutenir le choc de la foule , se fit porter dans sa chaise. Il rencontra sortant du Palais un gendarme nommé Julius Atticus , qui montrant son glaive tout sanglant , s'écria qu'il avoit tué Othon. *Camarade* , lui dit Galba , *qui vous l'a commandé ?* Vigueur singulière d'un homme attentif à réprimer la licence militaire , & qui ne se laissoit pas plus amorce par les flatteries , qu'effrayer par les menaces !

Dans le camp les sentimens n'étoient plus douteux ni partagés , & le zele des soldats étoit tel que , non contens

84 TRADUCTION DU 1^{er}.

quo paulo antè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus : gregarius miles caveri insuper præpositos jubebat. Strepere cuncta clamoribus, & tumultu, & exhortatione mutuâ, non tamquam in populo ac plebe, variis seigni adulatione vocibus, sed ut quemque affluentium militum aspexerant, prehensare manibus, complecti armis, collocare juxta, præire sacramentum, modò imperatorem militibus, modò imperatori milites commendare. Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia ferviliter pro dominatione.

Postquam universa classiariorum legio sacramentum ejus accepit, fidens viribus, & quos adhuc singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita cœpit.

d'environner Othon de leurs corps & de leurs bataillons , ils le placèrent au milieu des enseignes & des drapeaux dans l'enceinte où étoit peu auparavant la statue d'or de Galba. Ni Tribuns , ni Centurions , ne pouvoient approcher & les simples soldats crioient qu'on prît garde aux officiers. On n'entendoit que clameurs , tumulte , exhortations mutuelles. Ce n'étoient pas les tièdes & les discordantes acclamations d'une populace qui flatte son maître ; mais tous les soldats qu'on voyoit accourir en foule étoient pris par la main , embrassés tout armés , amenés devant lui & après leur avoir dicté le ferment , ils recommandoient l'Empereur aux troupes & les troupes à l'Empereur. Othon de son côté , tendant les bras , saluant la multitude , envoyant des baisers , n'omettoit rien de servile pour commander.

Enfin après que toute la Légion de mer lui eût prêté le ferment , se confiant en ses forces , & voulant animer en commun tous ceux qu'il avoit excités en particulier , il monta sur le rempart du camp & leur tint ce discours.

Quis ad vos procefferim, commilitones, dicere non possum : quia nec privatum me vocare sustineo, princeps à vobis nominatus ; nec principem, alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur imperatorem populi Romani in castris, an hostem habeatis. Auditisne, ut poena mea & supplicium vestrum simul postulentur ? adedè manifestum est, neque perire nos, neque salvos esse, nisi unà, posse. Et cujus levitatis est Galba, tam fortasse promisit : ut qui nullo exposcente, tot millia innocentissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit, quoties recordor feralem introitum, & hanc solam Galbæ victoriam, cùm in oculis urbis decumari deditos juberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum attulit, nisi occisi Obultronii Sabini, & Cornelii Marcelli in Hispaniâ, Bervichilonis in Galliâ, Fonteii Capitonis in Germaniâ, Clodii Macri in Africâ, Cingonii in viâ, Turpilianii in urbe, Nymphidii in castris ? Quæ usque provincia, quæ castra sunt, nisi cruenta & maculata ? aut, ut ipse prædicat, emendata & correctâ ? Nam quæ alii scelera, hic remedia vocat :

» Compagnons , j'ai peine à dire sous
 » quel titre je me présente en ce lieu :
 » car élevé par vous à l'Empire , je ne
 » puis me regarder comme particulier ,
 » ni comme Empereur tandis qu'un au-
 » tre commande , & l'on ne peut favoir
 » quel nom vous convient à vous-mê-
 » mes , qu'en décidant , si celui que vous
 » protégez est le chef , ou l'ennemi du
 » peuple Romain. Vous entendez que
 » nul ne demande ma punition , qui ne
 » demande aussi la vôtre , tant il est cer-
 » tain que nous ne pouvons nous sau-
 » ver ou périr qu'ensemble , & vous
 » devez juger de la facilité avec laquelle
 » le clément Galba a peut-être déjà pro-
 » mis votre mort , par le meurtre de
 » tant de milliers de soldats innocens ,
 » que personne ne lui demandoit. Je fré-
 » mis en me rappelant l'horreur de son
 » entrée & de son unique victoire , l'orf-
 » qu'aux yeux de toute la ville , il fit
 » décimer les prisonniers supplians qu'il
 » avoit reçus en grace. Entré dans Rome
 » sous de tels auspices , quelle gloire
 » a-t-il acquise dans le gouvernement ,
 » si ce n'est d'avoir fait mourir Sabinus.

§§ TRADUCTION DU IER.

*dum falsis nominibus, severitatem pro sã-
vitiã, parsimoniam pro avaritiã, supplicia
& contumelias vestras, disciplinam appellat.
Septem à Neronis fine menses sunt, & jam
plus rapuit Icelus, quàm quod Polycleti,
& Vatini, & Elii, paraverunt. Minore
avaritiã ac licentiã grassatus esset T. Vinus,
si ipse imperasset; nunc & subjectos nos
habuit tamquam quos, & viles ut alienos.
Una illa domus sufficit donativo, quod
vobis numquam datur, & quotidie expro-
bratur.*

*Ac ne qua saltem in successore Galbæ spes
esset, accersit ab exsilio, quem tristitiã &*

» & Marcellus en Espagne , Chilon dans
 » les Gaules , Capiton en Allemagne ,
 » Macer en Afrique , Cingonius en rou-
 » te , Turpilien dans Rome , & Nym-
 » phidius au camp ? Quelle armée ou
 » quelle province si reculée , sa cruauté
 » n'a-t-elle point souillée & déshono-
 » rée , ou selon lui , lavée & purifiée
 » avec du sang ? Car traitant les crimes
 » de remèdes & donnant de faux noms
 » aux choses , il appelle la barbarie fé-
 » vérité , l'avarice économie , & disci-
 » pline tous les maux qu'il vous fait
 » souffrir. Il n'y a pas sept mois que
 » Néron est mort , & Icelus a déjà plus
 » volé que n'ont fait Elius , Polyclète ,
 » & Vatinius. Si Vinius lui-même eût
 » été Empereur , il eût gouverné avec
 » moins d'avarice & de licence , mais il
 » nous commande comme à ses sujets &
 » nous dédaigne comme ceux d'un autre.
 » Ses richesses seules suffisent pour ce
 » donatif qu'on vous vante sans cesse &
 » qu'on ne vous donne jamais.

» Afin de ne pas même laisser d'espoir
 » à son successeur , Galba a rappelé

avaritiâ sui simillimum judicabat. Vidistis ; commilitones , notabili tempestate , etiam deos infauſtam adoptionem averſantes. Idem ſenatus , idem populi Romani animus eſt. Veſtra virtus expectatur , apud quos omne honeſtis conſiliis robur , & ſine quibus, quamvis egregia invalida ſunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco : omnium militum arma nobiſcum ſunt. Nec una cohors togata defendit nunc Galbam , ſed detinet. Cùm vos aſpexerit , cùm ſignum meum acceperit , hoc ſolum erit certamen , quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio , quod non poteſt laudari niſi peractum.

Aperiri deinde armamentarium juffit: rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militiæ, ut prætorianus, aut legionarius inſignibus ſuis diſtingueretur. Miſcentur auxi-

» d'exil un homme qu'il jugeoit avare
 » & dur comme lui. Les Dieux vous
 » ont avertis par les signes les plus évi-
 » dens , qu'ils défapprouvoient cette élec-
 » tion : le Sénat & le Peuple Romain,
 » ne lui font pas plus favorables ; mais
 » leur confiance est toute en votre cou-
 » rage , car vous avez la force en main
 » pour exécuter les choses honnêtes ,
 » & fans vous les meilleurs desseins ne
 » peuvent avoir d'effet. Ne croyez pas
 » qu'il soit ici question de guerres ni
 » de périls , puisque toutes les troupes
 » font pour nous , que Galba n'a qu'une
 » cohorte en toge , dont il n'est pas le
 » chef mais le prisonnier , & dont le
 » seul combat à votre aspect & à mon
 » premier signe , va être à qui m'aura le
 » plutôt reconnu. Enfin ce n'est pas le
 » cas de temporiser dans une entreprise
 » qu'on ne peut louer qu'après l'exé-
 » cution ».

Aussi - tôt ayant fait ouvrir l'Arsenal ;
 tous coururent aux armes fans ordre ,
 fans regle , fans distinction des Enseignes
 prétoriennes & des légionnaires , de l'écu

liaribus, galeis scutisque. Nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux & instigator: & præcipuum pessimorum incitamentum, quod boni mærebant.

Jam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis; & vocibus in urbem usque resonantibus, egressum interim Galbam & foro appropinquantem affecutus erat; jam Marius Celfus haud læta retulerat: cum alii in palatium redire, alii Capitolium petere, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contradicerent; utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitasse Laco, ignaro Galbâ, de occidendo T. Vinio dicitur, sive ut pœnâ ejus animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebatur, ad postremum vel odio. Hæsitationem attulit tempus ac locus, quia initio cædis orto, difficilis modus: & turbare consilium trepidi nuntii, ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primò alacres fidem atque animum ostentaverant.

des auxiliaires & du bouclier romain. Et fans que ni Tribun ni Centurion s'en mêlât, chaque foldat devenu fon propre Officier s'animoit & s'excitoit lui-même à mal faire, par le plaifir d'affliger les gens de bien.

Déjà Pifon, effrayé du frémiffement de la fédition croiffante & du bruit des clameurs qui retentiffoit jufques dans la ville, s'étoit mis à la fuite de Galba qui s'acheminoit vers la place : déjà, fur les mauvaises nouvelles apportées par Celfus, les uns parloient de retourner au Palais, d'autres d'aller au Capitole, le plus grand nombre d'occuper les roftres. Plusieurs fe contentoient de contredire l'avis des autres, & comme il arrive dans les mauvais succès, le parti qu'il n'étoit plus tems de prendre sembloit alors le meilleur. On dit que Lacon méditoit à l'infu de Galba de faire tuer Vinius ; foit qu'il espérait adoucir les foldats par ce châtiment, foit qu'il le crût complice d'Othon, foit enfin par un mouvement de haine. Mais le tems & le lieu l'ayant fait balancer par la crainte de ne pouvoir plus arrêter le fang après

Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu, neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti vultus, & conversæ ad omnia aures; non tumultus, non quies, quale magni metus, & magnæ iræ silentium est. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur. Ire præcipites, & occupare pericula jubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen, aut Pacorum, avito Arsacidarum folio depulsuri, ac non imperatorem suum inermem & senem trucidare pergerent, disjectâ plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt. Nec illos Capitolii aspectus, & imminentium templorum religio, & priores & futuri principes terruere, quominus facerent scelus, cujus ultor est quisquis successit.

avoir commencé d'en répandre, l'effroi des survenans, la dispersion du cortège, & le trouble de ceux qui s'étoient d'abord montrés si pleins de zele & d'ardeur, acheverent de l'en détourner.

Cependant entraîné çà & là, Galba cédoit à l'impulsion des flots de la multitude qui, remplissant de toutes parts les Temples & les Basiliques, n'offroit qu'un aspect lugubre. Le peuple & les Citoyens, l'air morne & l'oreille attentive, ne pouffoient point de cris : il ne régnoit ni tranquillité ni tumulte, mais un silence qui marquoit à la fois la frayeur & l'indignation. On dit pourtant à Othon que le peuple prenoit les armes, sur quoi il ordonna de forcer les passages & d'occuper les postes importants. Alors, comme s'il eût été question, non de massacrer dans leur Prince un vieillard défarmé, mais de renverser Pacore ou Vologese du trône des Arfacides, on vit les soldats romains, écrasant le peuple, foulant aux pieds les Sénateurs, pénétrer dans la place à la course de leurs chevaux & à la pointe de leurs armes,

Viso cominus armatorum agmine , vexillarius comitantis Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) dereptam Galbæ imaginem solo afflixit. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia , desertum fugâ populi forum , districta adversus dubitantes tela. Juxta Curtium lacum , trepidatione ferentium Galba projectus è sellâ , ac provolutus est. Extremam ejus vocem , ut cuique odium aut admiratio fuit , variè prodidere. Alii suppliciter interrogasse , quid mali meruisset , paucos dies exsolvendo donativo deprecatum. Plures obiulisse ultrò percussoribus jugulum , agerent ac ferirent , si ita è Republicâ videretur ; non interfuit occidentium quid diceret. De percussore non satis constat ; quidam Terentium E vocatum , alii Lecanium , crebrior fama tradidit Camurium xv. legionis militem , impresso gladio , jugulum ejus hausisse. Ceteri crura brachiaque (nam pectus te-
fans

ſans reſpecter le Capitole ni les temples des Dieux ; ſans craindre les Princes préſens & à venir , vengeurs de ceux qui les ont précédés.

A peine apperçut-on les troupes d'Othon , que l'Enſeigne de l'eſcorte de Galba appellé , dit-on , Vergilio , arracha l'image de l'Empereur & la jetta par terre. A l'inſtant tous les ſoldats ſe déclarent ; le peuple fuit , quiconque héſite voit le fer prêt à le percer. Près du lac de Curtius , Galba tomba de ſa chaise par l'effroi de ceux qui le portoient & fut d'abord enveloppé. On a rapporté diverſement ſes dernières paroles , ſelon la haine ou l'admiration qu'on avoit pour lui. Quelques-uns diſent qu'il demanda d'un ton ſuppliant , quel mal il avoit fait , priant qu'on lui laiſſât quelques jours pour payer le donatif : mais pluſieurs affurent que , préſentant hardiment la gorge aux ſoldats , il leur dit de frapper ſ'ils croyoient ſa mort utile à l'Etat. Les meurtriers écoutèrent peu ce qu'il pouvoit dire. On n'a pas bien ſu qui l'avoit tué : les uns nommant Terentius ; d'au-

98. TRADUCTION DU I^{er}.

gebatur (foedè laniavere ; pleraque vulnera , feritate & sævitiâ trunco jam corpori adjecta.

Titum inde Vinium invasere ; de quo & ipso ambigitur , consumpsit ne vocem ejus instans metus , an proclamaverit , non esse ab Othone mandatum ut occideretur. Quod seu finxit formidine , seu conscientiam conjurationis confessus est : huc potius ejus vita famaue inclinât , ut conscius sceleris fuerit , cujus causa erat ; ante ædem divi Julii jacuit , primo ictu in poplitem , mox ab Julio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus.

Insignem illâ die virum Sempronium Densum ætas nostra vidit. Centurio is prætoriam cohortis à Galba custodiæ Pisonis additus , stricto pugione occurrens armatis , & scelus exprobrans , ac modò

tres Lecanius ; mais le bruit commun est que Camurius, soldat de la quinziesme Légion , lui coupa la gorge. Les autres lui déchiqueterent cruellement les bras & les jambes , car la cuirasse couvroit la poitrine , & leur barbare férocité chargeoit encore de blessures un corps déjà mutilé.

On vint ensuite à Vinius , dont il est pareillement douteux si le subit effroi lui coupa la voix , ou s'il s'écria qu'Othon n'avoit point ordonné sa mort : paroles qui pouvoient être l'effet de sa crainte , ou plutôt l'aveu de sa trahison , sa vie & sa réputation portant à le croire complice d'un crime dont il étoit cause.

On vit ce jour - là dans Sempronius Densus , un exemple mémorable pour notre tems. C'étoit un Centurion de la Cohorte prétorienne , chargé par Galba de la garde de Pison. Il se jetta le poi-

manu, modò voce, vertendo in se percussores, quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in ædem Vestæ pervasit, exceptusque misericordiâ publici servi, & contubernio ejus abditus, non religione, nec cærimoniis, sed latebrâ imminens exitium differebat; cùm advenire, missu Othonis, nominatim in cædem ejus ardentes, Sulpicius Florus è Britannicis cohortibus; nuper à Galbâ civitate donatus, & Stacius Murcus speculator; à quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur.

Nullam cædem Otho majore lætitiâ excepisse, nullum caput tam infatiabilibus oculis perlustasse dicitur: seu tum primùm levata omni sollicitudine mens, vacare gaudio cœperat, seu recordatio majestatis in Galbâ, amicitiae in T. Vinio, quamvis immitem animum imagine tristi confuderat. Pisonis, ut inimici & æmuli, cæde lætari, jus fasque credebat. Præfixa

gnard à la main au devant des soldats, en leur reprochant leur crime, & du geste & de la voix attirant les coups sur lui seul, il donna le tems à Pifon de s'échapper, quoique blessé. Pifon se sauva dans le temple de Vesta, où il reçut asyle par la piété d'un esclave qui le cacha dans sa chambre; précaution plus propre à différer sa mort, que la Religion ni le respect des autels. Mais Florus soldat des Cohortes Britanniques, qui depuis long-tems avoit été fait Citoyen par Galba, & Staius Murcus lancier de la garde, tous deux particulièrement altérés du sang de Pifon, vinrent de la part d'Othon le tirer de son asyle & le tuerent à la porte du temple.

Cette mort fut celle qui fit le plus de plaisir à Othon, & l'on dit que ses regards avides ne pouvoient se lasser de considérer cette tête : soit que, délivré de toute inquiétude, il commençât alors à se livrer à la joie, soit que son ancien respect pour Galba, & son amitié pour Vinius, mêlant à sa cruauté quelque image de tristesse, il se crût plus per-

contis capita gestabantur , inter signa cohortium juxta Aquilam legionis , certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderant , qui interfuerant , qui verè , qui falsò , ut pulchrum & memorabile facinus jactabant. Plures quàm cxx. libellos præmia exposcentium , ob aliquam notabilem illâ die operam , Vitellius postea invenit ; omnesque conqueri & interfici jussit , non honore Galbæ , sed tradito principibus more , munimentum ad præfens ; in posterum , ultionem.

Alium crederes senatum , alium populum. Ruere cuncti in castra , anteire proximos , certare cum præcurrentibus , increpare Galbam , laudare militum judicium , exosculari Othonis manum : quantoque magis falsa erant quæ fiebant , tanto plura facere. Nec aspernabatur singulos Otho , avidum & minacem militum animum , voce vultuque temperans. Ma-

mis de prendre plaisir à la mort d'un concurrent & d'un ennemi. Les têtes furent mises chacune au bout d'une pique & portées parmi les Enseignes des Cohortes & autour de l'Aigle de la Légion. C'étoit à qui feroit parade de ses mains sanglantes, à qui, faussement ou non, se vanteroit d'avoir commis ou vu ces assassins, comme d'exploits glorieux & mémorables. Vitellius trouva dans la suite plus de cent vingt placets de gens qui demandoient récompense pour quelque fait notable de ce jour-là. Il les fit tous chercher & mettre à mort, non pour honorer Galba, mais selon la maxime des Princes de pourvoir à leur sûreté présente par la crainte des châtimens futurs.

Vous eussiez cru voir un autre Sénat & un autre Peuple. Tout accouroit au camp ; chacun s'empressoit à devancer les autres, à maudire Galba, à vanter le bon choix des troupes, à baiser les mains d'Othon ; moins le zele étoit sincere, plus on affectoit d'en montrer. Othon ; de son côté, ne rebutoit personne, mais des yeux & de la voix tâchoit d'adou-

rium Celsum consulem designatum , & Galbæ usque in extremas res amicum fidumque , ad supplicium exposculabant , industriæ ejus innocentiaëque quasi malis artibus infensi. Cædis & prædarum initium & optimo cuique perniciem quæri apparebat , sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus , jubere jam poterat. Ita simulatione iræ , vinciri jussum , & majores poenas daturum affirmans , præsentis exitio subtrahit.

Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorii præfectos sibi ipsi legere : Plotium Firmum è manipularibus quondam , tum vigilibus præpositum , & incolumi adhuc Galbâ partes Othonis secutum. Adjungitur Licinius Proculus , intimâ familiaritate Othonis , suspectus consilia ejus fovisse. Ubi Flavium Sabinum præfecere , judicium Neronis secuti , sub quo eandem curam obtinuerat , plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. Fla-

voir l'avidité férocité des soldats. Ils ne cessoient de demander le supplice de Celsus Consul désigné , & jusqu'à l'extrémité fidele ami de Galba. Son innocence & ses services étoient des crimes qui les irritoient. On voyoit qu'ils ne cherchoient qu'à faire périr tout homme de bien , & commencer les meurtres & le pillage. Mais Othon qui pouvoit commander des assassins , n'avoit pas encore assez d'autorité pour les défendre. Il fit donc lier Celsus , affectant une grande colère , & le sauva d'une mort présente en feignant de le réserver à des tourmens plus cruels.

Alors tout se fit au gré des soldats. Les Prétoriens se choisirent eux-mêmes leurs Préfets. A Firmus , jadis manipulateur , puis commandant du guet , & qui du vivant même de Galba s'étoit attaché à Othon , ils joignirent Licinius Proculus , que son étroite familiarité avec Othon fit soupçonner d'avoir favorisé ses desseins. En donnant à Sabinus la préfecture de Rome , ils suivirent le sentiment de Néron sous lequel il avoit eu

gitatum , ut vacationes præstari centurionibus solitæ remitterentur. Namque gregarius miles , ut tributum annuum pendebat. Pars manipulis , pars per comœatus , aut in ipsis castris vaga , dum mercedem centurioni exsolveret , neque modum oneris quisquam , neque genus quæstus pensi habebat. Per latrocinia & raptus , aut servilibus ministeriis , militare otium redimebant. Tum locupletissimus quisque miles , labore ac sævitiâ fatigari , donec vacationem emeret. Ubi sumptibus exhaustus , socordiâ insuper elanguerat , inops pro locuplete , & iners pro freno , in manipulum redibat ; ac rursus alius atque alius , eâdem egestate ac licentiâ corrupti , ad seditionem & discordias , & ad extremum bella civilia ruebant. Sed Otho , ne vulgi largitione , centurionum animos averteret , ex fisco suo vacationes annuas exsolviturum promisit : rem haud dubiè utilem , & à bonis postea principibus , perpetuitate disciplinæ , firmatam. Laco præfectus , tamquam in insulam seponeretur , ab Evocato , quem ad cædem ejus Otho præmiserat , confossus. In Martianum Icelum , ut in libertum , palàm animadversum.

le même emploi ; mais le plus grand nombre ne voyoit en lui que Vespasien son frere. Ils sollicitèrent l'affranchissement des tributs annuels que , sous le nom de congés à tems , les simples soldats payoient aux Centurions. Le quart des manipulaires étoit aux vivres ou dispersés dans le camp , & pourvu que le droit du Centurion ne fût pas oublié , il n'y avoit sorte de vexation dont ils s'abstinsent , ni sorte de métier dont ils rougissent. Du profit de leurs voleries & des plus serviles emplois , ils payoient l'exemption du service militaire , & quand ils s'étoient enrichis , les officiers les accablant de travaux & de peine les forçoient d'acheter de nouveaux congés. Enfin , épuisés de dépense & perdus de mollesse ils revenoient au manipule pauvres & fainéans , de laborieux qu'ils en étoient partis & de riches qu'ils y devoient retourner. Voilà comment , également corrompus tour-à-tour par la licence & par la misere , ils ne cherchoient que mutineries , révoltes & guerres civiles. De peur d'irriter les Centurions en gratifiant les soldats à leurs dépens ,

Exacto per scelera die , novissimum malorum fuit lætitia. Vocat senatum prætor urbanus ; certant adulationibus ceteri magistratus. Accurrunt patres , decernitur Othoni tribunicia potestas , & nomen Augusti , & omnes principum honores , annitentibus cunctis abolere convicia ac probra , quæ promiscuè jacta hæsisse animo ejus nemo sensit. Omisisset offensas , an distulisset , brevitæ imperii in incerto fuit.

Otho , cruento adhuc foro , per strages jacentium , in Capitolium atque inde in Palatium vectus , concedi corpora sepul-

Othon promet de payer du fisc les congés annuels ; établissement utile , & depuis confirmé par tous les bons Princes pour le maintien de la discipline. Le Préfet Lacon , qu'on feignit de reléguer dans une isle , fut tué par un garde envoyé pour cela par Othon. Icelus fut puni publiquement en qualité d'affranchi.

Le comble des maux dans un jour si rempli de crimes , fut l'alégresse qui le termina. Le Préteur de Rome convoqua le Sénat , & tandis que les autres magistrats outroient à l'envi l'adulation , les Sénateurs accourent , décernent à Othon la puissance tribunicienne , le nom d'Auguste , & tous les honneurs des Empereurs précédens , tâchant d'effacer ainsi les injures dont ils venoient de le charger & auxquelles il ne parut point sensible. Que ce fût clémence ou délai de sa part , c'est ce que le peu de tems qu'il a régné n'a pas permis de savoir.

S'étant fait conduire au Capitole , puis au Palais , il trouva la place ensanglantée des morts qui y étoient encore éten-

110 TRADUCTION DU Ier.

turæ , cremarique permisit. Pisonem Venerania uxor ac frater Scribonianus , T. Vinium Crispina filia composuere , quæstis redemptisque capitibus , quæ venalia interfectores servaverant.

Piso unum & tricesimum ætatis annum explebat , famâ meliore quàm fortunâ. Fratres ejus Magnum Claudius , Crassum Nero interfecerant. Ipse diù exsul , quadriduo Cæsar properatâ adoptione , ad hoc tantum majori fratri prælatus est , ut prior occideretur. T. Vinium XLVII. annos variis moribus egit: Pater illi è prætoriâ familiâ , maternus avus è proscriptis. Primâ militiâ infamis , Legatum Calvisium Sabinum habuerat : cujus uxor , malâ cupidine visendi situm castrorum , per noctem militari habitu ingressa , cum vigilias & cetera militiæ munia eâdem lasciviâ tentasset , in ipsis principiis stuprum ausa , & criminis hujus reus T. Vinium arguebatur. Igitur jussu C. Cæsaris oneratus catenis ; mox mutatione temporum dimissus , cursu honorum inoffenso , legioni

pus , & permit qu'ils fussent brûlés & enterrés. Verania femme de Pison , Scribonianus son frere , & Crispine fille de Vinius , recueillirent leurs corps & ayant cherché les têtes , les racheterent des meurtriers , qui les avoient gardées pour les vendre.

Pison finit ainsi la trente - unieme année d'une vie , passée avec moins de bonheur que d'honneur. Deux de ses freres avoient été mis à mort , Magnus par Claude & Crassus par Néron. Lui-même après un long exil , fut six jours César , & par une adoption précipitée , sembla n'avoir été préféré à son aîné , que pour être mis à mort avant lui. Vinius vécut quarante - sept ans , avec des mœurs inconstantes. Son pere étoit de famille prétorienne ; son aïeul maternel fut au nombre des pros crits. Il fit avec infamie ses premieres armes sous Calvisius Sabinus Lieutenant-général , dont la femme , indécemment curieuse de voir l'ordre du camp , y entra de nuit en habit d'homme , & avec la même impudence parcourut les gardes & tous

post præturam præpositus, probatusque ;
 fervili deinceps probro respersus est ;
 tamquam scyphum aureum in convivio
 Claudii furatus. Et Claudius postera die
 soli omnium Vinio fictilibus ministrari
 jussit. Sed Vinius, proconsulatu, Galliam
 Narbonensem severè integrèque rexit.
 Mox Galbæ amicitia in abruptum tractus,
 audax, callidus, promptus, & prout ani-
 mum intendisset, pravus aut industrius ;
 eâdem vi. Testamentum T. Vinii magni-
 tudine opum irritum : Pisonis supremam
 voluntatem paupertas firmavit,

Galbæ corpus diù neglectum, & licen-
 tia tenebrarum plurimis ludibriis vexa-
 les

les postes , après avoir commencé par fouiller le lit conjugal ; crime dont on taxa Vinius d'être complice. Il fut donc chargé de chaînes par ordre de Caligula : mais bientôt les révolutions des tems l'ayant fait délivrer , il monta sans reproche de grade en grade. Après sa préture il obtint avec applaudissement , le commandement d'une Légion ; mais se déshonorant derechef , par la plus fervile bassesse , il vola une coupe d'or dans un festin de Claude , qui ordonna le lendemain que de tous les convives , on servît le seul Vinius en vaisselle de terre. Il ne laissa pas de gouverner ensuite la Gaule Narbonnoise , en qualité de Proconsul avec la plus sévère intégrité. Enfin , devenu tout-à-coup ami de Galba , il se montra prompt , hardi , rusé , méchant , habile selon ses desseins , & toujours avec la même vigueur. On n'eut point d'égard à son testament , à cause de ses grandes richesses ; mais la pauvreté de Pison fit respecter ses dernières volontés.

Le corps de Galba , négligé long-tems & chargé de mille outrages dans la
Supplément. Tome II. H

tum, dispensator Argius, è prioribus servis, humili sepulturâ in privatis ejus hortis contextit. Caput per lixas calonesque suffixum, laceratumque ante Patrobii tumultum (libertus is Neronis punitus à Galba fuerat) postera demum die reperi-
 tum, & cremato jam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & septuaginta annis; quinque principes prospera fortuna emensus, & alieno imperio felicior, quàm suo. Vetus in familiâ nobilitas, magnæ opes; ipsi medium ingenium, magis extra vitia quàm cum virtutibus. Famæ nec incuriosus, nec venditor. Pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus. Amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui, ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Dum vigeat ætas, militari laude apud Germanias floruit: proconsul Africam moderatè: jam senior, citeriorem Hispaniam pari justitiâ continuit, major privato visus, dum privatus fuit, & omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.

licence des ténèbres, reçut une humble sépulture dans ses jardins particuliers, par les soins d'Argius son intendant & l'un de ses plus anciens domestiques. Sa tête plantée au bout d'une lance & défigurée par les valets & goujats, fut trouvée le jour suivant, devant le tombeau de Patrobe, affranchi de Néron qu'il avoit fait punir, & mise avec son corps déjà brûlé. Telle fut la fin de Sergius Galba, après soixante & treize ans de vie & de prospérité sous cinq Princes, & plus heureux sujet que souverain. Sa noblesse étoit ancienne & sa fortune immense : il avoit un génie médiocre, point de vices & peu de vertus. Il ne fuyoit ni ne cherchoit la réputation; sans convoiter les richesses d'autrui, il étoit ménager des siennes, avare de celles de l'Etat. Subjugué par ses amis & ses affranchis, & juste ou méchant par leur caractère, il laissoit faire également le bien & le mal, approuvant l'un & ignorant l'autre : mais un grand nom & le malheur des tems, lui faisoient imputer à vertu ce qui n'étoit qu'indolence. Il avoit servi dans sa jeunesse en Germa-

Trepidam urbem, ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem, novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante cædem Galbæ suppressus, ut tantum superioris Germaniæ exercitum descivisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudiciam, ignaviâ, luxuriâ deterrimos, velut ad perdendum imperium fataliter electos, non senatus modò & eques, quibus aliqua pars & cura Reipublicæ, sed vulgus quoque palàm mære. Nec jam recentia sævæ pacis exempla, sed repetitâ bellorum civilium memoriâ, captam toties suis exercitibus urbem, vastitatem Italiæ, direptiones provinciarum, Pharsaliam, Philippos, & Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladum nomina, loque-

nie avec honneur, & s'étoit bien comporté dans le Proconsulat d'Afrique : devenu vieux, il gouverna l'Espagne citérieure avec la même équité. En un mot, tant qu'il fut homme privé, il parut, au-dessus de son état, & tout le monde l'eût jugé digne de l'Empire, s'il n'y fût jamais parvenu.

A la consternation que jetta dans Rome l'atrocité de ces récentes exécutions, & la crainte qu'y caussent les anciennes mœurs d'Othon, se joignit un nouvel effroi par la défection de Vitellius, qu'on avoit cachée du vivant de Galba, en laissant croire qu'il n'y avoit de révolte que dans l'armée de la haute Allemagne. C'est alors qu'avec le Sénat & l'ordre équestre, qui prenoient quelque part aux affaires publiques, le peuple même déplorait ouvertement la fatalité du sort qui sembloit avoir suscité pour la perte de l'Empire deux hommes, les plus corrompus des mortels par la mollesse, la débauche, l'impudicité. On ne voyoit pas seulement renaître les cruautés commises durant la paix, mais l'hor-

bantur. Propè eversum orbem, etiam cùm de principatu inter bonos certaretur, sed mansisse C. Julio, mansisse Cæsare Augusto victore, imperium; mansuram fuisse, sub Pompeio Brutoque Rempublicam. Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? Utrasque impias preces, utraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset. Erant qui Vespasianum & arma Orientis augurarentur; &, ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud, atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama; solusque omnium ante se principum, in melius mutatus est.

reur des guerres civiles où Rome avoit été si souvent prise par ses propres troupes, l'Italie dévastée, les provinces ruinées. Pharfale, Philippes, Perouse, & Modene, ces noms célèbres par la défolation publique revenoient sans cesse à la bouche. Le monde avoit été presque bouleversé quand des hommes dignes du souverain pouvoir se le disputèrent. Jules & Auguste vainqueurs, avoient soutenu l'Empire; Pompée & Brutus eussent relevé la République; mais étoit-ce pour Vitellius ou pour Othon qu'il falloit invoquer les Dieux, & quelque parti qu'on prît entre de tels compétiteurs, comment éviter de faire des vœux impies & des prieres sacrileges, quand l'événement de la guerre ne pouvoit dans le vainqueur montrer que le plus méchant? Il y en avoit qui songeoient à Vespasien & à l'armée d'Orient; mais quoiqu'ils préférassent Vespasien aux deux autres, ils ne laissoient pas de craindre cette nouvelle guerre comme une source de nouveaux malheurs; outre que la réputation de Vespasien étoit encore équivoque, car il est le seul parmi tant de

Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. Cæso cum omnibus copiis Julio Vindice, ferox prædâ gloriâque exercitus, ut cui sine labore ac periculo, ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem & aciem, præmia quàm stipendia malebat: diùque infructuosam & asperam militiam toleraverat, ingenio loci coeli-que, & severitate disciplinæ, quam in pace inexorabilem discordiæ civium resolvunt: paratis utrimque corruptoribus, & perfidiâ impunitâ. Viri, arma, equi, ad usum & ad decus supererant. Sed ante bellum, centurias tantum suas turmasque noverant: exercitus finibus provinciarum discernebantur. Tum adversus Vindicem contractæ legiones, seque & Gallias expertæ, quærere rursus arma, novasque discordias: nec socios ut olim, sed hostes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum quæ Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus Galbianos; hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. Igitur

Princes que le rang suprême ait changé en mieux.

Il faut maintenant exposer l'origine & les causes des mouvemens de Vitellius. Après la défaite & la mort de Vindex, l'armée, qu'une victoire sans danger & sans peine venoit d'enrichir, fiere de sa gloire & de son butin, & préférant le pillage à la paye ne cherchoit que guerres & que combats. Long-tems le service avoit été infructueux & dur, soit par la rigueur du climat & des saisons, soit par la sévérité de la discipline, toujours inflexible durant la paix, mais que les flatteries des séducteurs & l'impunité des traîtres énervent dans les guerres civiles. Hommes, armes, chevaux, tout s'offroit à qui sauroit s'en servir & s'en illustrer, &, au lieu qu'avant la guerre les armées étant éparfes sur les frontières, chacun ne connoissoit que sa compagnie & son bataillon, alors les Légions rassemblées contre Vindex ayant comparé leur force à celles des Gaules, n'attendoient qu'un nouveau prétexte pour chercher querelle à des peuples qu'elles

Sequanis Æduisque , ac deinde prout opulenta civitatibus erat , infensi , expugnationes urbium , populationes agrorum , raptus penatium hauserunt animo , super avaritiam & arrogantiam præcipua validiorum vitia , contumaciâ Gallorum irritati , qui remissam sibi à Galbâ quartam tributorum partem , & publicè donatos in ignominiam exercitus jactabant.

Accessit callidè vulgatum , temerè creditum , decumari legiones , & promptissimum quemque centurionum dimitti ; undique atroces nuntii , sinistra ex urbe fama , infensa Lugdunensis colonia , & pertinaci pro Nerone fide fecunda rumo-

ne traitoient plus d'amis & de compagnons , mais de rebelles & de vaincus. Elles comptoient sur la partie des Gaulles qui confine au Rhin , & dont les habitans , ayant pris le même parti , les excitoient alors puissamment contre les Galbiens ; nom que par mépris pour Vindex ils avoient donné à ses partisans. Le soldat , animé contre les Eduens & les Séquanois , & mesurant sa colere sur leur opulence , dévorait déjà dans son cœur , le pillage des villes & des champs & les dépouilles des Citoyens ; son arrogance & son avidité , vices communs à qui se sent le plus fort , s'irritoient encore par les bravades des Gaulois , qui pour faire dépit aux troupes , se vantoient de la remise du quart des tributs , & du droit qu'ils avoient reçu de Galba.

A tout cela se joignoit un bruit adroitement répandu & inconsidérément adopté , que les Légions seroient décimées & les plus braves Centurions cassés. De toutes parts venoient des nouvelles fâcheuses : rien de Rome que de sinistre ;

ribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio, metu, &, ubi vires suas respexerant, securitate.

Sub ipsas superioris anni Kal. Decemb. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum curâ adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ: plura ambitione, quædam judicio: in quibus formidinem & avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis assignandisque militiæ ordinibus, integrè mutaverat. Nec consularis legati mensura, sed in majus omnia accipiebantur. Et Vitellius apud severos humilis. Ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quòd sine modo, sine judicio, donaret sua, largiretur aliena. Simul aviditate imperandi, ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali & strenui. Sed profusâ cupidine, & in-

la mauvaise volonté de la colonie Lyonnaise & son opiniâtre attachement pour Néron, étoit la source de mille faux bruits. Mais la haine & la crainte particulière, jointe à la sécurité générale qu'inspiroient tant de forces réunies, fournissoient dans le camp une assez ample matière au mensonge & à la crédulité.

Au commencement de Décembre, Vitellius arrivé dans la Germanie inférieure visita soigneusement les quartiers, où quelquefois avec prudence & plus souvent par ambition, il effaçoit l'ignominie, adoucissoit les châtimens, & rétablissoit chacun dans son rang ou dans son honneur. Il répara sur-tout avec beaucoup d'équité les injustices que l'avarice & la corruption avoient fait commettre à Capiton en avançant ou déplaçant les gens de guerre. On lui obéissoit plutôt comme à un souverain que comme à un Proconsul, mais il étoit souple avec les hommes fermes. Libéral de son bien, prodigue de celui d'autrui, il étoit d'une profusion sans mesure, que ses amis chan-

signi temeritate , legati legionum , Alienus Cæcina , & Fabius Valens : è quibus Valens infensus Galbæ , tamquam detectam à se Verginii cunctationem , oppressa Capitonis consilia ingratiè tulisset , instigare Vitellium , ardorem militum ostentans. *Ipsum celebri ubique famâ : nullam in Flacco Hordeonio moram , affore Britanniam , secutura Germanorum auxilia , malè fidas provincias , precarium seni imperium , brevi transiturum : panderet modo sinum , & venienti fortunæ occurreret. Meritò dubitassè Verginium equestri familiæ , ignoto patre : imparem si recepisset imperium , tutum si recusasset. Vitellio tres patris consulatus , censuram , collegium Cæsaris , & imponere jampridem imperatoris dignationem , & auferrè privati securitatem. Quatiebatur his segne ingenium , ut concupisceret magis , quàm ut speraret.*

geant par l'ardeur de commander , ses vertus en vices , appelloient douceur & bonté. Plusieurs dans le camp cachotent sous un air modeste & tranquille beaucoup de vigueur à mal faire : mais Valens & Cecina Lieutenans-généraux , se distinguoient par une avidité sans bornes , qui n'en laissoit point à leur audace. Valens sur-tout , après avoir étouffé les projets de Capiton & prévenu l'incertitude de Verginius , outré de l'ingratitude de Galba , ne cessoit d'exciter Vitellius , en lui vantant le zele des troupes. Il lui disoit que sur sa réputation , Hordéonius ne balanceroit pas un moment , que l'Angleterre seroit pour lui , qu'il auroit des secours de l'Allemagne , que toutes les provinces flottoient sous le gouvernement précaire & passager d'un vieillard ; qu'il n'avoit qu'à tendre les bras à la fortune & courir au-devant d'elle ; que les doutes convenoient à Verginius , simple chevalier Romain , fils d'un pere inconnu , & qui , trop au-dessous du rang suprême pouvoit le refuser sans risque. Mais quant à lui , dont le pere avoit eu trois Consulats , la Censure , & César

At in superiore Germaniâ , Cæcina decorâ juventâ , corpore ingens , animi immodicus , cito sermone , erecto incessu , studia militum inlexerat. Hunc juvenem Galba , quæstorem in Bæticâ , impigrè in partes suas transgressum , legioni præposuit. Mox compertum publicam pecuniam avertisse , ut peculatorem flagitari iussit. Cæcina ægrè passus , miscere cuncta , & privata vulnera , Reipublicæ malis operire statuit. Nec deerant in exercitu femina discordiæ , quòd & bello adversus Vindicem universus affuerat , nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam , atque in eo ipso ~~sacramento~~ vexillis inferioris Germaniæ præventus erat. Et Treveri ac Lingones , quasque alias civitates atrocibus edictis , aut damno finium Galba perculerat , hibernis legionum propius miscentur. Unde seditiosa colloquia , & inter
pour

pour collègue , que plus il avoit de titres pour aspirer à l'Empire , plus il lui étoit dangereux de vivre en homme privé. Ces discours agitant Vitellius , portoient dans son esprit indolent plus de desirs que d'espoir.

Cependant Cecina , grand , jeune , d'une belle figure , d'une démarche imposante , ambitieux , parlant bien , flattoit & gagnoit les soldats de l'Allemagne supérieure. Questeur en Bétique , il avoit pris des premiers le parti de Galba qui lui donna le commandement d'une Légion ; mais ayant reconnu qu'il détournoit les deniers publics , il le fit accuser de péculat ; ce que Cecina supportant impatiemment , il s'efforça de tout brouiller & d'enfevelir ses fautes sous les ruines de la République. Il y avoit déjà dans l'armée assez de penchant à la révolte ; car elle avoit de concert pris parti contre Vindex , & ce ne fut qu'après la mort de Néron qu'elle se déclara pour Galba , en quoi même elle se laissa prévenir par les cohortes de la Germanie inférieure. De plus , les peuples de Treves , de Lan-

paganos corruptior miles, & in Verginiam favor cuicumque alii profuturus. Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dextras hospitii insigne. Legati eorum in squalorem mæstitiamque compositi, per principia, per contubernia, modò suas injurias, modò civitatum vicinarum præmia, & ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula & contumelias, conqui-
rentes, accendebant animos.

Nec procul seditione aberant, cum Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digressus esset, nocte castris excedere jubet. Inde atrox rumor, affirmantibus plerisque interfectos, ac ni sibi consulerent, fore ut acerrimi militum &

gres & de toutes les villes dont Galba avoit diminué le territoire & qu'il avoit maltraitées par de rigoureux édits , mêlés dans les quartiers des Légions , les excitoient par des discours féditieux ; & les soldats corrompus par les habitans , n'attendoient qu'un homme qui voulût profiter de l'offre qu'ils avoient faite à Verginius. La cité de Langres avoit , selon l'ancien usage , envoyé aux Légions le présent des mains enlacées , en signe d'hospitalité. Les députés , affectant une contenance affligée , commencerent à raconter de chambrée en chambrée les injures qu'ils recevoient & les graces qu'on faisoit aux cités voisines ; puis se voyant écoutés , ils échauffoient les esprits par l'énumération des mécontentemens donnés à l'armée & de ceux qu'elle avoit encore à craindre.

Enfin , tout se préparant à la sédition ; Hordéonius renvoya les députés & les fit sortir de nuit pour cacher leur départ. Mais cette précaution réussit mal ; plusieurs assurant qu'ils avoient été massacrés ; & que , si l'on ne prenoit garde à

præsentia conquesti, per tenebras & incitiam ceterorum occiderentur. Obstringuntur inter se tacito fœdere legiones. Asciscitur auxiliorum miles, primò suspectus, tamquam circumdatis cohortibus alisque, impetus in legiones pararetur; mox eadem acriùs volens, faciliore inter malos consensu ad bellum, quàm in pace ad concordiam.

Inferioris tamen Germaniæ legiones solemnibus Kalend. Januariarum sacramento pro Galbâ adactæ, multâ cunctatione, & raris primorum ordinum vocibus: ceteri silentio, proximi cujusque audaciam expectantes, insitâ mortalibus naturâ properè sequi, quæ piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum: primani quintanique turbidi, adeò ut quidam faxa in Galbæ imagines jecerint: quinta decima ac sexta decima legiones, nihil ultra fremitum & minas ausæ, initium erumpendi circumspectabant. At in superiori exercitu, quarta ac

foi, les plus braves foldats qui avoient osé murmurer de ce qui se passoit, seroient ainsi tués de nuit à l'insçu des autres. Là-dessus les Légions s'étant liguées par un engagement secret, on fit venir les auxiliaires, qui d'abord donnerent de l'inquiétude aux cohortes & à la cavalerie qu'ils environnoient, & qui craignirent d'en être attaqués. Mais bientôt tous avec la même ardeur prirent le même parti; mutins plus d'accord dans la révolte qu'ils ne furent dans leur devoir.

Cependant, le premier Janvier, les Légions de la Germanie inférieure prêterent solemnellement le serment de fidélité à Galba, mais à contre-cœur & seulement par la voix de quelques-uns dans les premiers rangs; tous les autres gardoient le silence, chacun n'attendant que l'exemple de son voisin, selon la disposition naturelle aux hommes de seconder avec courage les entreprises qu'ils n'osent commencer. Mais l'émotion n'étoit pas la même dans toutes les Légions. Il régnoit un si grand trouble dans la première & dans la cinquième, que quelques-uns jetterent des pierres

134 TRADUCTION DU Ier.

duodevicesima legiones iisdem hibernis tendentes , ipso Kalend. Januariarum die dirumpunt imagines Galbæ : quarta legio promptius , duodevicesima cunctanter , mox consensu. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur , in S. P. Q. R. oblitterata jam nomina , sacramenta advocabant ; nullo legatorum tribunorumve pro Galbâ nitente , quibusdam , ut in tumultu , notabilius turbantibus. Non tamen quisquam in modum concionis , aut suggestu locutus ; neque enim erat adhuc cui imputaretur.

Speſtator flagitii Hordeonius Flaccus conſularis legatus aderat , non compeſcere ruentes , non retinere dubios , non cohortari bonos auſus , ſed ſegnīs , pavīdus , & ſocordiâ innocens. Quatuor cen-

aux images de Galba. La quinzieme & la seizieme, sans aller au-delà du murmure & des menaces, cherchoient le moment de commencer la révolte. Dans l'armée supérieure, la quatrième & la vingt-deuxieme Légion allant occuper les mêmes quartiers, briserent les images de Galba : ce même premier de Janvier, la quatrième sans balancer ; la vingt-deuxieme ayant d'abord hésité, se détermina de même : mais pour ne pas paroître avilir la majesté de l'Empire, elles jurèrent au nom du Sénat & du Peuple Romain, mots surannés depuis long-tems. On ne vit ni Généraux, ni Officiers faire le moindre mouvement en faveur de Galba ; plusieurs même, dans le tumulte, cherchoient à l'augmenter, quoique jamais de dessus le Tribunal, ni par de publiques harangues ; de sorte que jusques-là on n'auroit su à qui s'en prendre.

Le Proconsul Hordéonius, simple spectateur de la révolte, n'osa faire le moindre effort pour réprimer les séditieux, contenir ceux qui flottoient, ou ranimer les fideles : négligent & craintif,

turiones duodevicesimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cùm protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam ultrà fides, aut memoria prioris sacramenti; sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte quæ Kalendas Januarias secuta est, in coloniam Agrippinensem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duodevicesimam legiones, projectis Galbæ imaginibus, in Senatus & Populi Romani verba jurasse. Id sacramentum inane visum; occupari nutantem fortunam, & offerri principem placuit. Missi à Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse à Galbâ superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscentes, aut si concordia & pax placeat, faciendum imperatorem; & minore discrimine sumi principem, quàm quæri.

il fut clément par lâcheté. Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, tous quatre Centurions de la vingt-deuxième Légion ayant voulu défendre les images de Galba, les soldats se jetterent sur eux & les lierent. Après cela, il ne fut plus question de la foi promise, ni du serment prêté; & comme il arrive dans les séditions, tout fut bientôt du côté du plus grand nombre. La même nuit, Vitellius étant à table à Cologne, l'Enseigne de la quatrième Légion le vint avertir que les deux Légions, après avoir renversé les images de Galba, avoient juré fidélité au Sénat & au peuple Romain, serment qui fut trouvé ridicule. Vitellius, voyant l'occasion favorable, & résolu de s'offrir pour chef, envoya des députés annoncer aux Légions que l'armée supérieure s'étoit révoltée contre Galba, qu'il falloit se préparer à faire la guerre aux rebelles; ou, si l'on aimoit mieux la paix, à reconnoître un autre Empereur, & qu'ils couroient moins de risque à l'élire qu'à l'attendre.

Proxima legionis primæ hiberna erant ; & promptissimus è legatis Fabius Valens. Is die postero coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis , auxiliorumque ingressus , Imperatorem Vitellium confalutavit. Secutæ ingenti certamine ejusdem provinciæ legiones : & superior exercitus , speciosis senatus populique Romani nominibus relictiis , III. Non. Januarias Vitellio accessit , scires illum priore biduo non penes Rempublicam fuisse. Ardorem exercituum Agrippinenses , Treveri , Lingones æquabant , auxilia , equos , arma , pecunias offerentes , ut quisque corpore , opibus , ingenio valibus. Nec principes modò coloniarum aut castrorum ; quibus præsentia ex affluentibus , & partâ victoriâ magnæ spes : sed manipuli quoque & gregarius miles , viatica , & balteos , phalarasque , insignia armorum , argento decorata , loco pecuniæ tradebant : instinctu , & impetu & avaritiâ.

Les quartiers de la première Légion étoient les plus voisins. Fabius Valens, Lieutenant-général, fut plus diligent, & vint le lendemain à la tête de la cavalerie de la légion & des auxiliaires faire Vitellius Empereur. Aussi-tôt ce fut parmi les Légions de la province à qui préviendroit les autres; & l'armée supérieure laissant ces mots spécieux de Sénat & de Peuple Romain, reconnut aussi Vitellius le trois de Janvier, après s'être jouée durant deux jours du nom de la République. Ceux de Treves, de Langres & de Cologne, non moins ardens que les gens de guerre, offroient à l'envi, selon leurs moyens, troupes, chevaux, armes, argent. Ce zèle ne se bornoit pas aux chefs des colonies & des quartiers, animés par le concours présent, & par les avantages que leur promettoit la victoire; mais les manipules & même les simples soldats transportés par instinct, & prodigues par avarice, venoient, faute d'autres biens, offrir leur paye, leur équipage, & jusqu'aux ornemens d'argent dont leurs armes étoient garnies.

Igitur laudatâ militum alacritate, Vitellius, ministeria principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disponit. Vacationes centurionibus ex fisco numerat. Sævitiâ militum plerosque ad pœnam exposcentium sæpius approbat, partim simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ statim interfectus. Julium Burdonem Germanicæ classis præfectum astu subtrahit. Exarserat in eum iracundia exercitus, tamquam crimen, ac mox insidias, Fonteio Capitoni struxisset, grata erat memoria Capitonis, & apud sævientes occidere palàm, ignoscere non nisi fallendo dicebat. Ita in custodiâ habitus: & post victoriam demum, stratis jam militum odiis, demissus est. Interim ut piaculum objicitur centurio Crispinus, qui se sanguine Capitonis cruentaverat: eoque & postulantibus manifestior, & punienti vilior fuit. Julius deinde Civilis periculo exemptus, præpotens inter Batavos, ne supplicio ejus ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum VIII. Batavorum cohortes, quartæ decimæ legionis auxilia, tum discordia temporum à

Vitellius , ayant remercié les troupes de leur zele , commit aux chevaliers romains le service auprès du Prince que les affranchis faisoient auparavant. Il acquitta du fisc les droits dûs aux Centurions par les Manipulaires. Il abandonna beaucoup de gens à la fureur des soldats , & en sauva quelques-uns en feignant de les envoyer en prison. Propinquus , Intendant de la Belgique , fut tué sur le champ : mais Vitellius fut adroitement soustraire aux troupes irritées Julius Burdo , Commandant de l'armée navale , taxé d'avoir intenté des accusations & ensuite tendu des pieges à Fonteius Capiton. Capiton étoit regretté , & parmi ces furieux on pouvoit tuer impunément , mais non pas épargner sans ruse. Burdo fut donc mis en prison , & relâché bientôt après la victoire , quand les soldats furent apaisés. Quant au Centurion Crispinus qui s'étoit souillé du sang de Capiton , & dont le crime n'étoit pas équivoque à leurs yeux , ni la personne regrettable à ceux de Vitellius , il fut livré pour victime à leur vengeance. Julius Civilis , puissant chez les Bataves , échappa au

legione digressæ : prout inclinassent , grande momentum , sociæ aut adversæ. Nomium , Donatium , Romilium , Calpurnium , centuriones , de quibus suprâ retulimus , occidi jussit , damnatos fidei crimine , gravissimo inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus , Belgicæ provinciæ legatus , quem mox Vitellius generum ascivit : & Junius Blæsus Lugdunensis Galliæ rector , cum Italicâ legione , & alâ Taurinâ , Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticiis copiis mora , quo minus statim adjungerentur.

Ne in Britannîâ quidem dubitatum præerat Trebellius Maximus , per avaritiam ac sordes contemptus exercitui invidiosusque. Accendebat odium ejus Roscius Cælius legatus vicesimæ legionis olim

péril par la crainte qu'on eut que son supplice n'aliénât un peuple si féroce ; d'autant plus qu'il y avoit dans Langres huit cohortes bataves auxiliaires de la quatorzieme Légion , lesquelles s'en étoient séparées par l'esprit de discorde qui régnoit en ce tems-là , & qui pouvoient produire un grand effet en se déclarant pour ou contre. Les Centurions Nonius , Donatius , Romilius , Calpurnius dont nous avons parlé , furent tués par l'ordre de Vitellius comme coupables de fidélité , crime irrémissible chez des rebelles. Valerius Asiaticus , Commandant de la Belgique , & dont peu après Vitellius épousa la fille , se joignit à lui. Julius Blæsus , Gouverneur du Lyonnais , en fit de même avec les troupes qui venoient à Lyon ; savoir , la légion d'Italie & l'escadron de Turin : celles de la Rhétique ne tarderent point à suivre cet exemple.

Il n'y eut pas plus d'incertitude en Angleterre. Trébellius Maximus qui y commandoit s'étoit fait haïr & mépriser de l'armée par ses vices & son avarice ; haine que fomentoit Roscius Cælius com-

discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperant. Trebellius feditionem & confusum ordinem disciplinæ Cælio : spoliatas & inopes legiones Cælius Trebellio objectabat, cum interim fœdis legatorum certaminibus; modestia exercitus corrupta, eoque discordiæ ventum, ut auxiliarium quoque militum convitiis perturbatus, & aggregantibus se Cælio cohortibus alisque, desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit; quies provinciæ, quamquam remoto consulari, mansit. Rexere legati legionum, pares jure, Cælius audendo potentior.

Adjuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerint, vastare Gallias, & Cotianis Alpibus Italiam irrumpere : Cæcina propiore transitu, mandant

mandant de la vingtième Légion, brouillé depuis long-tems avec lui, mais à l'occasion des guerres civiles devenu son ennemi déclaré. Trébellius traitoit Cælius de féditieux, de perturbateur de la discipline; Cælius l'accusoit à son tour de piller & ruiner les Légions. Tandis que les Généraux se déshonoroient par ces opprobres mutuels, les troupes perdant tout respect, en vinrent à tel excès de licence que les cohortes & la cavalerie se joignirent à Cælius; & que Trébellius, abandonné de tous & chargé d'injures, fut contraint de se réfugier auprès de Vitellius. Cependant, sans chef consulaire, la province ne laissa pas de rester tranquille, gouvernée par les Commandans des Légions, que le droit rendoit tous égaux, mais que l'audace de Cælius tenoit en respect.

Après l'accession de l'armée Britannique, Vitellius, bien pourvu d'armes & d'argent, résolut de faire marcher ses troupes par deux chemins & sous deux Généraux. Il chargea Fabius Valens d'attirer à son parti les Gaules, ou sur leur

Peninis jugis degredi jussus. Valenti inferioris exercitus electi cum Aquilâ quintæ legionis , & cohortibus alisque ad XL. millia armatorum data. xxx. millia Cæcina è superiore Germaniâ ducebat , quorum robur legio una , prima & vicesima fuit ; addita utrique Germanorum auxilia , è quibus Vitellius suas quoque copias supplevit , totâ mole belli secuturus.

Mira inter exercitum imperatoremque diversitas. Instare miles , arma poscere , dum Galliæ trepident , dum Hispaniæ cunctentur ; non obstare hiemem , neque ignavæ pacis moras : invadendam Italiam , occupandam urbem ; nihil in discordiis civilibus festinatione tutius , ubi factò magis quàm consulto opus esset. Torpebat Vitellius , & fortunam Principatus inertis luxu ac prodigis epulis præsumebat , medio diei temulentus , & sagina

refus , de les ravager , & de déboucher en Italie par les Alpes Cottiennes : il ordonna à Cecina de gagner la crête des Pennines par le plus court chemin. Valens eut l'élite de l'armée inférieure avec l'aigle de la cinquieme Légion , & assez de cohortes & de cavalerie pour lui faire une armée de quarante mille hommes. Cecina en conduisit trente mille de l'armée supérieure , dont la vingt-unieme Légion faisoit la principale force. On joignit à l'une & à l'autre armée des Germains auxiliaires dont Vitellius recruta aussi la sienne , avec laquelle il se préparoit à suivre le fort de la guerre.

Il y avoit entre l'armée & l'Empereur une opposition bien étrange. Les soldats pleins d'ardeur , sans se foucher de l'hiver ni d'une paix prolongée par indolence , ne demandoient qu'à combattre , & persuadés que la diligence est sur-tout essentielle dans les guerres civiles , où il est plus question d'agir que de consulter , ils vouloient profiter de l'effroi des Gaules & des lenteurs de l'Espagne pour envahir l'Italie & marcher à Rome. Vitellius ,

gravis ; cum tamen ardor & vis militum
 ultro ducis munia implebat , ut si adesset
 imperator , & strenuis vel ignavis spem
 metumque adderet.

Instructi intentique signum profectiois
 exposcunt : nomine Germanici , Vitellio
 statim addito. Cæsarem se appellari , etiam
 victor prohibuit. Lætum augurium Fa-
 bio Valenti exercituique , quem in bel-
 lum agebat , ipso profectiois die , aquila
 leni meatu , prout agmen incederet , ve-
 lut dux viæ prævolavit : longumque per
 spatium , is gaudentium militum clamor ,
 ea quies interritæ alitis fuit , ut haud du-
 bium magnæ & prosperæ rei omen acci-
 peretur.

Et Treveros quidem ut socios securi
 adiere. Divoduri (Mediomatricorum id
 opidum est) quamquam omni comitate

engourdi & dès le milieu du jour surchargé d'indigestion & de vin, consurooit d'avance les revenus de l'Empire dans un vain luxe & des festins immenses; tandis que le zele & l'activité des troupes supléoient au devoir du chef, comme si, présent lui-même, il eût encouragé les braves & menacé les lâches.

Tout étant prêt pour le départ, elles en demanderent l'ordre, & sur-le-champ donnerent à Vitellius le surnom de Germanique: mais même après la victoire, il défendit qu'on le nommât César. Valens & son armée eurent un favorable augure pour la guerre qu'ils alloient faire: car le jour même du départ, un aigle planant doucement à la tête des bataillons, sembla leur servir de guide; & durant un long espace les soldats poufferent tant de cris de joie, & l'aigle s'en effraya si peu, qu'on ne douta pas sur ces présages, d'un grand & heureux succès.

L'armée vint à Treves en toute sécurité comme chez des alliés. Mais, quoiqu'elle reçût toutes sortes de bons trai-

exceptos, subitus pavor exterruit, raptis repentè armis, ad cædem innoxia civitatis, non ob prædam, aut spoliandi cupidinem, sed furore & rabie, & cauffis incertis, eoque difficilioribus remediis; donec precibus ducis mitigati, ab excidio civitatis temperavere. Cæsa tamen ad quatuor millia hominum. Isque terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini univerfæ civitates, cum magistratibus & precibus, occurrerent, stratis per vias pueris, feminisque, quæque alia placamenta hostilis iræ, non quidem in bello, sed pro pace tendebantur.

Nuntium de cæde Galbæ & imperio Othonis, Fabius Valens in civitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium, aut formidinem permotus, bellum volvebat. Gallis cunctatio exenta, & in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus; benignè ex-

temens à Divolure , ville de la province de Metz , une terreur panique fit prendre fans sujet les armes aux soldats pour la détruire. Ce n'étoit point l'ardeur du pillage qui les animoit , mais une fureur , une rage d'autant plus difficile à calmer qu'on en ignoroit la cause. Enfin , après bien des prieres , & le meurtre de quatre mille hommes , le Général sauva le reste de la ville. Cela répandit une telle terreur dans les Gaules , que de toutes les provinces où passoit l'armée , on voyoit accourir le peuple & les Magistrats supplians , les chemins se couvrir de femmes , d'enfans , de tous les objets les plus propres à fléchir un ennemi même , & qui sans avoir de guerre imploroient la paix.

A Toul , Valens apprit la mort de Galba & l'élection d'Othon. Cette nouvelle , sans effrayer ni réjouir les troupes , ne changea rien à leurs desseins , mais elle détermina les Gaulois qui , haïssant également Othon & Vitellius , craignoient de plus celui-ci. On vint ensuite à Langres , province voisine , & du parti de

cepti, modestiâ certavere. Sed brevis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas à legione quartadecimâ, ut suprâ memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adjunxerat. Jurgia primum, mox rixa inter Batavos & legionarios. Dum his aut illis studia militum adgregantur; propè in prælium exarsere; ni Valens animadversione paucorum, oblitos jam Batavos imperii admonuisset. Frustra adversus Æduos quæsitâ belli causâ. Jussi pecuniam atque arma deferre, gratuitos insuper commeatus præbuere; quod Ædúi formidine, Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica & ala Taurina abductæ. Cohortem duodevicesimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, legatus Italicæ legionis, quamquam bene de partibus meritis, nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum, & quò incautior deciperetur, palàm laudatum.

Parmée ; elle y fut bien reçue & s'y comporta honnêtement. Mais cette tranquillité fut troublée par les excès des cohortes détachées de la quatorzieme légion, dont j'ai parlé ci-devant, & que Valens avoit jointes à son armée. Une querelle qui devint émeute s'éleva entre les Bataves & les Légionnaires ; & les uns & les autres ayant ameuté leurs camarades, on étoit sur le point d'en venir aux mains, si, par le châtiment de quelques Bataves, Valens n'eût rappelé les autres à leur devoir. On s'en prit mal-à-propos aux Eduens du sujet de la querelle. Il leur fut ordonné de fournir de l'argent, des armes & des vivres gratuitement. Ce que les Eduens firent par force, les Lyonnais le firent volontiers : aussi furent-ils délivrés de la légion Italique & de l'escadron de Turin qu'on emmenoit, & on ne laissa que la dix-huitieme cohorte à Lyon, son quartier ordinaire. Quoique Manlius Valens Commandant de la Légion Italique eût bien mérité de Vitellius, il n'en reçut aucun honneur. Fabius l'avoit desservi secrètement ; & pour mieux le tromper, il affectoit de le louer en public.

Veterem inter Lugdunenses Viennensesque discordiam, proximum bellum accenderat; multæ invicem clades, crebrius infestiusque, quàm ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium, occasione iræ, in fiscum verterat. Multus contrà in Viennenses honor. Unde æmulatio, & invidia, & uno anne discretis connexum odium. Igitur Lugdunenses extimulare singulos militum, & in everfionem Viennensium impellere, obsessam ab illis coloniam suam, adjutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in præsidium Galbæ referendo. Et ubi causas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ ostendebant. Nec jam secreta exhortatio, sed publicæ preces: *Irent ultores, exscinderent sedem Gallici belli; cuncta illic externa & hostilia, se coloniam Romanam & partem exercitus, & prosperarum adversarumque rerum socios; si fortuna contrà daret, iratis ne relinquerentur.* His & pluribus in eundem modum, perpulerant, ut nec legati quidem ac duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur: cum ignari haud discriminis sui Viennenses,

Il régnoit entre Vienne & Lyon d'anciennes discordes que la dernière guerre avoit ranimées : il y avoit eu beaucoup de sang versé de part & d'autre , & des combats plus fréquens & plus opiniâtres , que s'il n'eût été question que des intérêts de Galba ou de Néron. Les revenus publics de la province de Lyon avoient été confisqués par Galba sous le nom d'amende. Il fit , au contraire , toute sorte d'honneurs aux Viennois , ajoutant ainsi l'envie à la haine de ces deux peuples , séparés seulement par un fleuve qui n'arrêtoit pas leur animosité. Les Lyonnais animant donc le soldat , l'excitoient à détruire Vienne qu'ils accusoient de tenir leur Colonie assiégée , de s'être déclarée pour Vindex , & d'avoir ci-devant fourni des troupes pour le service de Galba. En leur montrant ensuite la grandeur du butin , ils animoient la colère par la convoitise ; & non contents de les exciter en secret : « Soyez , » leur disoient-ils hautement , « nos vengeurs & les vôtres , » en détruisant la source de toutes les « guerres des Gaules. Là , tout vous est « étranger ou ennemi ; ici , vous voyez

velamenta & infulas præferentes , ubi agmen inceserat , arma , genua , vestigia prehensando , flexere militum animos. Addidit Valens trecenos singulis militibus festertios. Tum vetustas dignitasque coloniæ valuit. Et verba Fabii salutem incolumitatemque Viennensium commendantis , æquis auribus accepta. Publicè tamen armis mulctati , privatis & promiscuis copiis juvere militem. Sed fama constans fuit , ipsum Valentem magnâ pecuniâ emptum. Is diù fordidus , repenti dives , mutationem fortunæ malè tegebat , accensis egestate longâ cupidinibus , immoderatus , & inopi juventâ , senex prodigus.

» une Colonie Romaine & une portion
» de l'armée toujours fidelle à partager
» avec vous les bons & les mauvais suc-
» cès : la fortune peut nous être con-
» traire ; ne nous abandonnez pas à des
» ennemis irrités ». Par de semblables
discours , ils échauffèrent tellement l'es-
prit des soldats , que les Officiers & les
Généraux désespéroient de les contenir.
Les Viennois , qui n'ignoroient pas le
péril, vinrent au-devant de l'armée avec
des voiles & des bandelettes, & se prof-
ternant devant les soldats , baissant leurs
pas , embrassant leurs genoux & leurs
armes , ils calmerent leur fureur. Alors
Valens leur ayant fait distribuer trois cents
sesterces par tête , on eut égard à l'an-
cienneté & à la dignité de la Colonie ,
& ce qu'il dit pour le salut & la conser-
vation des habitans , fut écouté favora-
blement. On désarma pourtant la pro-
vince , & les particuliers furent obligés
de fournir à discrétion des vivres au
soldat : mais on ne douta point qu'ils
n'eussent à grand prix acheté le Général.
Enrichi tout-à-coup après avoir long-
tems fordidement vécu , il cachoit mal

Lento deinde agmine , per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus : ipsa itinerum spatia , & stativorum mutationes venditante duce , fœdis pacationibus adversus possessores agrorum ; & magistratus civitatum , adeò minaciter , ut Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admoverit , donec pecuniâ mitigaretur ; quoties pecuniæ materia deesset , stupris & adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes perventum.

Plus prædæ ac sanguinis Cæcina hausit ; Irritaverant turbidum ingenium Helvetii , Gallica gens , olim armis virisque mox memoriâ nominis clara , de cæde Galbæ ignari , & Vitellii imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac festinatio.

le changement de sa fortune ; & se livrant sans mesure à tous ses desirs irrités par une longue abstinence , il devint un vieillard prodigue d'un jeune homme indigent qu'il avoit été.

En poursuivant lentement sa route , il conduisit l'armée sur les confins des Allobroges & des Voconces ; & par le plus infame commerce , il régloit les séjours & les marches sur l'argent qu'on lui payoit pour s'en délivrer. Il imposoit les propriétaires des terres & les Magistrats des villes , avec une telle dureté , qu'il fut prêt à mettre le feu au Luc , ville des Voconces , qui l'adoucirent avec de l'argent. Ceux qui n'en avoient point , l'apaisoient en lui livrant leurs femmes & leurs filles. C'est ainsi qu'il marcha jusqu'aux Alpes.

Cecina fut plus sanguinaire & plus âpre au butin. Les Suisses , nation Gauloise , illustre autrefois par ses armes & ses soldats , & maintenant par ses ancêtres , ne sachant rien de la mort de Galba & refusant d'obéir à Vite'lius , irritèrent l'es-

unæ & vicesimæ legionis. Rapuerant pecuniâ missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis suebantur; ægrè id passi Helvetii, interceptis epistolis, quæ nomine Germanicî exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem & quosdam militum in custodiâ retinebant. Cæcina belli avidus, proximam quamque culpam antequàm pœniteret, ultum ibat. Mota properè castra. Vastati agri. Direptus, longâ pace in modum municipii exstructus, locus, amœno salubrium aquarum usu frequens. Missi ad Rhætica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios à tergo aggrederentur. Illi ante discrimen feroces, in periculo pavidî, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere, exitiosum adversus veteranos prælium, intuta obsidio, dilapsis vetustate mœnibus; hinc Cæcina cum valido exercitu, inde Rhæticiæ alæ cohortesque & ipsorum Rhætorum juvenus sueta armis, & more militiæ exercita; undique populatio & cædes. Ipsi in medio vagi abjectis armis,

prit

